

tas petrus fleuit amare. Et uiri qui tene-
bant eum: illudebant ei dicentes. Et uel auer-
runt eum: et percutiebant faciem eius: et
interrogabant eum dicentes. Prophetiza.
Quis est qui te percussit? Et alia multa blas-
phemantes dicebant in eum. Et ut factus
est dies. conuenerunt seniores plebis: et prin-
cipes sacerdotum et scribe. et duxerunt il-
lum in concilium suum: dicentes. Si tu es
xp̄us dic nobis? Et ait illis. Si uobis dixero
non credetis mihi. Si autem et interroga-
uero: non respondebitis mihi: neq; dimitte-
tis. Ex hoc autem erit filius hominis sedēs
a dextris uirtutis dei. Dixerunt autem om-
nes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dici-
tis: quia ego sum. At illi dixerunt. Quid ad-
huc desideramus testimonium. Ipsi enim
audiuimus de ore eius. Et surgens omnis
multitudo eorum: duxerunt illum ad pi-

VMS 2027